Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



87

cum. Et progressus pusillu. procidit in faciem
suam orans et dicens. Mi pater: si possibile est
transeat a me calix iste. Verumtamen non sicut
ego uolo. sed sicut tu. Et uenit ad discipulos.
et inuenit eos dormientes. Et dixit petro:
Sic non potuistis una hora uigilare mecum.
Vigilate et orate: ut non intretis in tempta-
tionem. Spiritus quidem promptus est. caro autem in-
firma. Iterum secundo abiit. et orauit dicens. Pa-
ter mi. si non potest hic calix transire nisi bibam
illum: fiat uoluntas tua. Et uenit iterum.
et inuenit eos dormientes. Erant enim oculi
eorum grauati. Et relictis illis. iterum abiit
et orauit tercio eundem sermonem [illegible]. Tunc
uenit ad discipulos. et dicit illis. Dormite iam.
et requiescite. Ecce adpropinquabit hora. et
filius hominis tradetur in manus peccatorum.
Surgite eamus. Ecce adpropinquabit qui me
tradet. Adhuc ipso loquente. ecce iudas
unus de duodecim uenit. et cum eo turba
multa cum gladiis et fustibus missi a princi-